Museum Catsianum (2e uitg. blz. 51) Hs. Portef. 7 bis

Coram tuis respondere animus mihi erat, mi Huy-
gens, sed, // cum quędam urbis huius negotia me per aliquot
dies hic detineant, // En tibi responsum. Me rem fe-
cisse editione Emblematum // nostrorum scio a quibus-
dam putari; et forsitan non sine lucello // aliquo, id
opus (si dijs placet) in publicum prodiisset nisi ho-
mines // quidam nequam id intervertissent. rem di-
cam; meis impensis et meo // marte editionem istam
(ignarus rerum) moliebar; ipse tabellas // ędeas ⌈ fieri, ⌈ sic pro: ęneas
ipse imprimi curabam; nullum eo tempore prelum //
ad id in Zelandia, nullus qui imprimeret; homines
novi // a me ad hoc instituti, qui pręter imperitiam
(quâ nihil recte fit) // etiam malam fidem adfere-
bant; adeo ut innumera folia corrupta // (folium
autem singulū, liber est) // innumera fere malâ fide
ablata // aut in mala nomina redacta. id causam
dedit ut exemplaria oīa // una cum tabellis ęneis
Wilhelmo Jansonio venderem, is mihi // in bonâ ac
asperâ moneta id quod promiserat bona fide perso-
luit, // fateor, sed si rationem in eam omnium expen-
sarum et rerum male // deperditarum, credo parum
aut nihil in lucro residuum futurum; // persertim† † sic pro: pr[a]esertim
si interusurium temporis huc accedat, sex centum //
enim libras flandrias et amplius expenderam, quas
per partes // cum magno temporis intervallo recipere
mihi fuit necesse. // Ex eo Vennijs fratribus mea
permisi, qui exemplaribus picturis libris // alijs
elegantijs id honeste compensant, vel aliter, si ita
visum // agunt; sumptus omnes ferunt, tabellas
ęneas, quâ mihi commodum // videtur inserunt.
Quid tibi iam animi scit; ⌈ aut cum ipsis vel // ⌈ sic pro: sit
cum alijs contrahere, Nescio. id mihi extra du-
bium videtur // eum, cui auctor opus aliquod
permisit, etiam inscio autore, privilegium // impe-
trare posse, et autori ipsi id obstare; aliquo enim
concesso // et illud concessum censetur sine quo
prima illa concessio commodé // expediri non po-
test. Commodé autem opus aliquod poeticum
quod // genium habet, ut tua solent sine privilegio
non

Ltk Cats 4e afd nr 12

© Universiteitsbibliotheek Leiden
LTK CATS 12
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/212

© Universiteitsbibliotheek Leiden
LTK CATS 12
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/212

non potest tijpis// excúdi, quin statim inúeniúntúr qúi falcem mittúnt in alienam// mesſem, út núper et in túis et in nostris accidisſe ipse narras.// De noúis liberúm túúm est arbitrium; Plúra úbi, Deo volente// te salúúm salúús visúrús súm. Vale.//

tibi addictisſ.//
J. Cats.//

raptim//
Dordrechti XIII° Noúemb.//
1623.//

Inscriptum est:
D. D. Constantino//
Húijgens//
Hagam//

274

© Universiteitsbibliotheek Leiden
LTK CATS 12
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/212